

» & arteriis procedunt; » & consimiliter habent pluri-  
 10 aliis.  
 De hermaphroditis aliqui per jocum interpretantur  
 Textum in cap. Omnes utriusque sexus, de pan. & remis.  
 quos citat Nevezan. in Sylo. nuptial. l. 5. fol. 531. n. 36.  
 & Paschal. de Orto in Apolog. c. 9. num. 19. impressa  
 part. dissert. Coscia, Ursaya in miscellan. Sacr. & profan.  
 canon. & civil. part. 2. lit. H. num. 5. & (ut refert Bellar-  
 min. tom. 3. controversiar. lib. 3. cap. 13. de Penitentia)  
 Calvinus Hæresiarcha lib. 3. Institutionum cap. 4. §. 7.  
 sic expresse dicit; ibi: « Nam quod jubent boni Patres,  
 » omnem utriusque sexus quotannis semel proprio Sa-  
 » cerdoti confiteri omnia peccata, faciet homines lepide  
 » excipiunt, hoc præcepto teneri solos hermaphroditos,  
 » ad neminem vero spectare, qui sit vel mas, vel fe-  
 » mina. »  
 Poterat putidum hunc hæreticorum jocum Auc-  
 tor noster à sua bibliotheca excludere, cum inde nihil  
 utilitatis percipere queat Lector. Idem dicendum de casu,  
 quem proponit, & solvit inferius n. 15. de hermaphro-  
 ditio; n. enim seq. naturaliter impossibile proficitur: &  
 quasdam res status est. omittit, quam inanibus futili-  
 busque dictis lechoris animum inficere. †  
 Sed si id tradere potuerunt tot classici Aucto-  
 res loc. cit. à me adducti, cur non & Ego? Nonne sic  
 in derisum traditur Calvinus & apud suos assecutus,  
 & apud alios, ut inde ea habeatur utilitas, quod sper-  
 natur ejus secta? & nonne id etiam inservit ad erudi-  
 tionem? sicuti & casus propositus & resolutus inferius  
 num. 15. & seq. auctoritate Emin. Card. de Lugo, &  
 aliorum? Legatur queso plissimus & eruditiss. Clericus  
 de sacramentis Panit. dec. 43. per tot. ubi cum pluri-  
 mus classicis Auctoribus plura satis, quam ego, discutit  
 ac resolvit de Hermaphroditis, & in ejus argumento in-  
 ter alia sic tradit: « Circa eisdem curiose, sed utiles  
 questiones: scitu necessariorum proponuntur, atque terminantur. »  
 11 Hermaphroditus est irregularis, & ordinari non potest  
 absque Papæ dispensatione. Navarr. in Manual. cap. 29. num. 203. Piassec. in praxi part. 1. cap. 1. art. 3. num. 2. Majol. de Irregularitat. lib. 1. cap. 33. num. 13. Pignatell. tom. 4. cons. 34. n. 9. Monacell. tom. 3. tit. 1. formul. 36. num. 30. Lugo respons. moral. lib. 1. dub. 31. num. 1. & alii passim. Hinc hermaphroditus, in quo præ-  
 12 valescit sexus virilis, potest quidem valide, sed non licite ordinari; Sayrus de censur. l. 6. cap. 8. num. 24. Monacell. l. c. n. 30. Navarr. in Manual. cap. 27. num. 203. Tolet. l. 1. c. 25. n. 4. Suarez de censur. disp. 52. sect. 3. Molpessus in summa tract. 2. c. 1. n. 46. Rosignol. de Ordinib. ecclesiast. part. 1. q. 3. art. 1. num. 10. & alii; & ratio quod possit valide ordinari est, quia prævalente sexu virili, reputatur ut masculus, per textum in l. Quæritur 10. ff. de statu hominum; & quod illicite, est quia est irregularis, unde non potest licite ordinari, nisi accedente Pontificis dispensatione. Si vero in hermaphroditio neuter sexus prævaleat, sed æque invalescat sexus virilis, & muliebris, non potest nec licite nec valide ordinari. Sayrus l. c. Monacell. l. c. Valentia l. 4. disp. 9. q. 4. punct. 1. Suarez tom. 5. disp. 5. sect. 2. Henriquez lib. 10. cap. 16. Fornarius de Ord. c. 3. num. 1. Navarr. cons. 8. de arat. & qualitat. Ord. Avila de Censuris part. 9. disp. 3. dub. 5. Sanchez lib. 7. de matrim. disp. 106. num. 10. La Croix l. 6. part. 6. num. 2215. Rosignol. l. c. num. 10. & ratio est, quia talis æque est femina, quam vir, nec potest dici magis masculus, quam femina; subiectum autem Ordinum debet esse determinate masculus ex divina institutione, ut est communis, ac certa Doctores. Et à fortiori nec valide, nec licite potest ordinari, si in eo prævaleat sexus femineus, quia prævalente femineo hermaphroditus habetur pro femina, ex cit. l. Quæritur 10. ff. de stat. homin. Femina autem non est capax Ordinum arg. c. Mulieres dist. 32. & c. Nova 20. de panit. & remiss. Communis ac certa.  
 15 Hermaphroditus, qui prævalente sexu virili per dispensationem apostolicam fuit valide, & licite ordinatus, si postea in ipso prævaleat sexus femineus, retinetur

quidem illum characterem Sacerdotalem animæ impres-  
 sum, cum sit indelebilis; atamen fieret iterum irregu-  
 laris; immo non posset amplius valide consecrari, vel  
 absolvi, quia non esset amplius mas, sicut soli ex vo-  
 luntate Christi competit potestas Sacerdotalis. Card. de  
 Lugo in Respons. moral. lib. 1. dub. 31. num. 4. La Croix  
 lib. 7. num. 496. Hic tamen casus non videtur natura-  
 liter possibilis, quia vir nunquam transit in feminam,  
 nec id fieri posse affirmant Medici, ut notat. Card. de  
 Lugo l. c. n. 3. & jam fuit dictum supra num. 6. Her-  
 17 maphroditus autem, qui sexum femineum mutaret in  
 virilem; (ut est casus possibilis, & plures accidisse re-  
 fert Plinius l. 7. c. 4. & plures alii, & pater ex supra-  
 dictis n. 3.) valide quidem ordinaretur, sed illicite sine  
 Pontificis dispensatione; Valide, quia verificaretur verè,  
 quod esset masculus, & præexistencia sexus feminei  
 non officeret, quia consideraretur quod modo esset, &  
 non quod erat prius; Illicite vero, quia esset irregu-  
 laris ratione deformitatis; arg. cap. Presbyterum 2. de  
 Clerico agrotant, unde indigeret Pontificis dispensatione  
 ut licite posset ordinari; Pontifex enim post tollere om-  
 nem Irregularitatem proveniente à Jure ecclesiastico,  
 cum possit supra illud dispensare, textu expresso in  
 cap. Proposuit 4. de concession. præbend. ibi: « Qui secun-  
 dum plenitudinem potestatis de jure possumus supra jus  
 dispensare. Rosignol. l. c. n. 12. & alii citati supra n. 12.  
 Hermaphroditus non est admittendus ad profes-  
 18 sionem, neque in monasterio sexus in ipso prævalentis,  
 Donatus prax. rerum Reg. tom. 2. tract. 9. quest. 5. num. 1. Pellizar. de Monialib. cap. 3. num. 32. Monacell.  
 loc. cit. num. 29. & alii. Et sic expresse declaravit Sacri  
 19 Congreg. Conc. in dub. professionis 6. Decemb. 1721. his  
 verbis: « Hermaphrodita mulier, recepta in aliquo monas-  
 terio non est admittenda ad professionem, etiamsi sexus  
 femineus prævaleat, sic refert Ursaya in miscellaneo sa-  
 cro, & profano, canonico, & civili part. 1. lit. H. n. 1.  
 Immo Hermaphroditia si fiat Monialis, professio irrita  
 20 est. Sic expresse decrevit Sacri Congregat. Conc. in  
 Spoletana 14. Martii 1722. apud Ursayam loc. cit. Hinc  
 si femina proficitur in monasterio Monialium, & postea  
 erupente sexu virili, evadat vir, professio non dan-  
 rat; quia non censetur se voluisse obligare, nisi ad profes-  
 sionem Monialium, cuius est incapax; Cum ergo non  
 valeat professio viri in monasterio Monialium, ut tenent  
 communiter Doctores cum Pignatelli. tom. 4. consulti. 34.  
 num. 5. sequitur etiam irritari professionem Monialis in  
 virum mutata, quia professio redacta est ad casum, à  
 quo incipere non potest, nec esse, ut per Bald. in l. Si  
 Gaudentius, Cod. de contr. emp. Et ita in praxi observa-  
 tum esse testantur passim Doctores, quos refert, &  
 sequitur Diana part. 5. tract. 14. miscellan. resolut. 49.  
 Lugo loc. cit. num. 2. & signanter observatum est cum  
 Flavio Cherubino, qui prius fuit Monialis, & postea  
 factus est Presbyter, & Canonicus, ut fuit dictum su-  
 pra num. 3.  
 Hermaphroditus potest valide, & licite contrahere  
 22 Matrimonium conformiter sexui prævalenti, id est ut vir  
 si prævaleat sexus virilis, & ut femina, si prævaleat  
 sexus femineus; Communis cum Baldo in l. Quæritur 10.  
 ff. de statu hominum, Sanchez de matrimonio lib. 7.  
 disp. 106. n. 4. Pirhing. lib. 4. Decretal. tit. 15. num. 3.  
 Reiffenstuel ibid. num. 22. Et ratio est quia hermaphro-  
 ditus censetur masculus, si prævaleat virilis, & femi-  
 na, si prævaleat femineus; textu expresso in l. Quæ-  
 23 ritur 10. ff. de statu hominum, ibi: Quæritur, hermaphro-  
 ditum cui comparemus? & magis puo, ejus sexum exis-  
 timandum, qui in eo prævaleat. Non potest tamen nec va-  
 lide nec licite contrahere matrimonium conformiter sexui  
 inferiori, seu debiliori, & minus potenti; quia contra-  
 hendo secundum sexum inferiorem, & minus potentem,  
 seu debiliorem, contraheret cum persona ejusdem sexus.  
 Rosignol. in univers. de matrimonio contract. 15. de ma-  
 trim. II. prænotat. XVIII. num. 66. in fine, & alii. Si  
 vero uterque sexus sit æqualis, & nullus prævaleat,  
 tunc potest contrahere matrimonium pro libitu, vel  
 ut vir, vel ut femina, dummodo alteri sexui perpetuo  
 renunciet, & prius juret, quod imposterum non nisi se-  
 24 cun-

cundum sexum semel electum copula uti velit; arg. cap.  
 Presbyteros 16. q. 1. & c. Diversis, de Clerico conjugat.  
 & lib. Si plures ff. de pactis, Gutierrez l. c. Pirhing  
 l. c. Reiffenstuel. l. c. n. 23. Rosig. l. c. n. 67. & alii pas-  
 25 sim. Nec potest talis hermaphroditus, conjuge suo de-  
 sancto, postea secundum alium sexum licite nubere,  
 quamvis si ita nuberet, matrimonium validum esset,  
 utpote nullo jure irritum, l. c. n. 23. Sanchez l. c. &  
 alii supracitati.  
 26 Nec valet objicere, quod sicuti ex dictis, quando  
 in hermaphroditio est æqualis uterque sexus, & nullus  
 prævaleat, ipse est incapax ad ordines, & ad profes-  
 sionem, ita debeat esse incapax ad matrimonium. Non  
 valet, inquam, quia longe dispar est ratio de matrimo-  
 nio, ac de sacris ordinibus, & professione religiosa;  
 Ideo enim participans æqualiter de utroque sexu est in-  
 capax ad ordines, & ad professionem; quia cum ta-  
 lis non magis sit masculus, quam femina, non dicit  
 capacitem ad ordines ex eo quod subiectum capax Ordi-  
 num debeat esse vere, & determinate masculus, pro-  
 pter indecentiam, quam dicit femina ad ipsos ordines;  
 Nec etiam dicit capacitem ad professionem religio-  
 sam propter scandalum, & pericula incontinentiæ, quæ  
 inde timeri rationabiliter possunt, ex quo hermaphro-  
 ditus sit sufficiens, & aptus ad expandendum malitiam  
 incontinentiæ, & provocandam libidinem in quacum-  
 que religiosa familia admitteretur. Supradicta autem in-  
 decentia, & dicta scandala, & pericula incontinentiæ  
 non possunt rationabiliter timeri in matrimonio contrac-  
 to secundum unum, vel alterum electum sexum sub  
 juramento de non variando, cum hermaphroditus ple-  
 nissimum habeat facultatem vacandi copulæ conjugali  
 secundum sexum electum, ut sibi magis placitum. San-  
 27 chez de matrim. lib. 7. disp. 106. num. 10. Rosignol. l.  
 c. n. 68. & alii passim.  
 De variis hermaphroditorum speciebus non una  
 est Scriptorum opinio. Videtur Moller. de hermaphrodit.  
 cap. 2. per tot. Breviter vero hic agendum de habitate,  
 vel inhabilitate hermaphroditii in via conjugali, rum  
 quoad juris effectus.  
 28 Ad primum quod attinet hermaphroditus si sexum  
 habeat potentem, potest utique juxta eum matrimo-  
 nium contrahere. Sed ut matrimonium legitime contra-  
 hatur, ante omnia requiruntur, ut inspicitur, an re vera  
 in hermaphroditio prævaleat sexus ille, secundum quem  
 contrahere intendit. Committenda hæc inspectio Medicis  
 & Chirurgis, qui etiam quandoque obstetricibus. Quod  
 si detectet hermaphroditus hanc inspectionem, ad ma-  
 trimonium nequaquam admittendus, Moller. de her-  
 29 maphrodit. cap. 6. pag. mibi 178.  
 Si ex inspectione appareat, quod hermaphroditus  
 in nullo sexu prævaleat, quæri solet, quid hoc in casu  
 agendum; Sunt qui tenent pollere hermaphroditum ar-  
 bitrio eligendi unum sexum, eoque utendi, modo ta-  
 30 men si juret se non esse abustum altero sexu; Vide  
 Moller. de hermaphrodit. dist. cap. 6. pag. mibi 182.  
 Quod si hermaphroditus in utroque sexu potens sit,  
 31 questionis est, an possit & uxorem ducere, & simul  
 etiam viro nubere? Negat, & quidem recte Moller. de  
 hermaphrodit. dist. cap. 6. dist. pag. mibi 182.  
 Major questio est, num hic hermaphroditus potens  
 32 in utroque sexu, dum est viduus, possit nubere viro  
 uti femina? Affirmant Sanchez de matr. lib. 7. disp. 106.  
 num. 8. Trullench. de Sacram. lib. 7. c. 9. dub. 16. n. 3.  
 At negat Lara in compend. vit. homin. cap. 11. num. 49.  
 Moller. de hermaphrodit. dist. cap. 6. pag. mibi 184.  
 33 Subdit autem Lara l. c. quod si sexus, secundum quem  
 prius contraxit, finito matrimonio frigescat, alter au-  
 tem incaluerit, & se continere nequeat, consulendus  
 sit Summus Pontifex, qui poterit hanc licentiam dare.  
 34 Vide & alias easque curiosas questiones de habitate  
 vel inhabilitate hermaphroditii in via conjugali apud Mol-  
 ler. de hermaphrodit. dist. cap. 6. per tot.  
 Quod alterum concernit, si perfectus imas est,  
 vel utroque sexu valet, & virilem tantum elegit, quoad  
 35 juris effectus inter viros connumeratur, & ad res offi-  
 cialesque viris tantum concessa, admittitur.

Intellige vero de Jure civili. Nam quoad effectus 35  
 Juris canonici, & officia secundum ejus requisita ob-  
 eunda non reputatur uti mas. Unde nequit ingredi reli-  
 36 gionem, admitti ad ordines ecclesiasticos, esse Rector  
 alicujus Universitatis, esse Judex &c. Confer. Moller.  
 de hermaphrodit. c. 7.  
 Quinimmo nec etiam, quoad omnes effectus Juris 37  
 civilis habetur pro mare. Adi omnino Moller. de herm.  
 dist. c. 7. per totum, qui rem pro dignitate tractat. †

HIEROSOLYMITANI MILITES,  
 SEU EQUITES S. JOAN. HIEROSOLYMITANI.  
 S U M M A R I U M.

Ordo Sancti Joannis Hierosolymitani quando insti-  
 tutus: quibus sub nominibus appellatus: an sit pro-  
 prie religio: quare ejus Equites religiosi dicantur  
 quidquid acquirunt, cui acquiratur, ad num. 15.  
 16 Pensionibus & beneficiis quomodo perfrenant: sub  
 Sedis Apostolicæ protectione sunt, & nequeunt ad  
 alios ordines transire: decedentium bona ad eorum  
 hospitale spectant: ad magnum Melitensem Magis-  
 trum que pertinent: quot ordines hic ordo compre-  
 hendat, & votorum emissio qualis, ad num. 27.  
 28 Signantur varia, in quibus tenentur, & obligantur  
 dicti Equites, tam pro se quam si Episcopus terri-  
 torii ordinaverit: & qua hujus sint privativa, ad  
 num. 49.  
 50 An possint in Conventores eligere ecclesiasticas per-  
 sonas: ratio meritum in promotione ad magnam Cru-  
 cem habetur, aliquo eorum in Episcopum electo: si  
 Preceptoriam tenuerit, ita vacat, ad num. 52.  
 53 A laiciis iudicibus predicti Equites vel criminis assas-  
 sinii declarari non possunt: Religiosis coloni eisdem  
 privilegiis gaudent, dum Melite existunt: qui  
 locus pro habitatione est eis assignatus, & à quo  
 alantur, ad num. 56.  
 57 Milites inter & capellanos que distinctio: fratres  
 qui dicantur: per quem aut quot repræsententur re-  
 ligio: sedecim Capitularibus nil in statuta religio-  
 nis permittitur: an filiorum arrogatio eidem com-  
 petat, ad num. 61.  
 62 Sacre Congregationis Immunitatis varia decreta affi-  
 rantur: subnectantur Auctoris doctrina novæ addi-  
 tiones ex aliena manu, ad num. 106.  
 Ordo Militaris Equitum S. Joannis Hierosolymitani,  
 seu Melitensis fuit institutus sub regula S. Augustini  
 Hierosolymis à B. Gerardo ex provincia oriundo, qui  
 extruxit hospitale anno 1112. dictum D. Joanni Bap-  
 tistæ prope templum Christi Domini in Calvarii monte  
 cum methodo vite regularis, & approbatione Pas-  
 chalis II. ut ex ejus bulla edita anno 1117. die 15.  
 Februarii registrata in lib. statutorum dicte Religionis,  
 Imperatoribus in Occidente Henrico V. in Oriente Ale-  
 xio Comneno; & deinde hic Ordo à Callisto II. anno  
 1120. & ab Honorio II. anno 1125. confirmatus, & à  
 subsequentibus Pontificibus plurimis privilegiis decora-  
 tus fuit.  
 Equites hujus Sacre Militiæ vocantur S. Joannis,  
 2 eo quia in hospitali S. Joannis Baptistæ sacro instituti  
 sunt Hierosolymis à supradicto B. Gerardo; à qua ta-  
 men Hierosolyma civitate eiecit, & etiam à Phenicia  
 à loco Margotti, & à Prolemais in Syria, quo confu-  
 gere curaverant, Cyprum pro sede habuerunt, donec  
 Rhodi Insula Turcis vi armorum erepta anno 1308. &  
 retenta per annos 214. dicti sunt Equites Rhodienses.  
 Sed die 35. Decembris 1523. post longissimam obsidio-  
 nem factam à Turcis Rhodi Insula amissa, sine sede  
 per aliquod temporis spatium hæc tam nobilis Religio,  
 Syracusam, Romam, Viterbium, Villam Francam, &  
 Nicæam in provincia peragravit, donec Carolus V. Im-  
 perator die 23. Martii 1530. summa ejus laude, opera  
 Ee Cle-

Clementis VII. Pontificis Maximi fixam sedem concessit huic nobilissimæ, & gloriosissimæ Religioni, dono ei dando Insulas Melitæ, & Handisii, ac Tripolis, cum plurimis privilegiis; Et Equites cum Magno Magistro in suos socios, & confederatos adscivit, ut ex multis refert Tapia *decis. Senatus Italiae* 8. num. 13. & *seq. & decis. 19. & Card. Petra tom. 2. comment. ad Constit. 2. Anastasii IV.* cum sola recognitione quolibet anno avis, vulgo dicto *Falcone*, præstandi Vice-Regi Siciliae, & cum onere recipiendi Investituram à quolibet Rege Siciliae, ut per extensum videri potest in historia hujus Religionis *part. 3. fol. 80.* cum pactis ibi recensitis, & acceptatis cum approbatione Pii IV. ut ex documento in bibliotheca Genitoris sui constare dicit Cherubin, Junior. in *secl. 1. constitut. 9. Pii IV.* & de concessione, & dominio dictæ Insulæ Card. de Luca *de Jurisdic. disc. 60.* Itaque Magnus Magister Religionis respectu alti domini Insulæ Melitæ recognoscit Regem Siciliae, respectu vero superioritatis ecclesiasticæ est Abbas superior Papæ subjectus; Rota *part. 5. recent. decis. 324. num. 14. & 16.*

Hic Militaris Ordo S. Joannis Hierosolymitani est vere, & proprie Religio, & ejus Equites (nunc vocati communiter Melitenses, ex quo in dicta insula Melitæ fixam sedem habeant) dicuntur, & sunt veri Religiosi, & emittunt tria vota castitatis vere (& non conjugalis, prout alii milites aliarum Religionum militarium) paupertatis, & obedientiæ, Cardinal. de Luca *de præeminent. disc. 49. num. 7. & de Regularib. disc. 1. 121. & decis. 46. num. 11. Card. Petra loc. cit. secl. 1. num. 16. & secl. 2. num. 1. & 3. & communis aliorum cum Sacra Rota recent. part. 1. decis. 487. num. 8. part. 2. decis. 177. num. 1. dec. 454. num. 3. part. 3. decis. 228. sub num. 2. part. 5. tom. 2. decis. 469. num. 6. & sæpe alibi. Hinc Equites Hierosolymitani, seu Melitenses debent facere annum probationis, seu novitiatus antequam professionem emittant; Sac. Congr. Concil. teste Barbosa in *Sum. Apostolicar. dec. verb. Equites S. Joannis Hierosolymitani num. 15. & Ovidio apud ipsum. Unde Eques non potest dici, qui non expleto anno probationis professionem emisit; Rota recent. part. 11. decis. 15. num. 10. Equites enim Melitenses ex peculiari ipsorum statu comprehenduntur sub decreto Concilii Trid. sess. 25. de Regularib. cap. 15. Rota recent. part. 11. decis. 15. num. 12. & part. 12. decis. 382. num. 9. & decrevit Sac. Congr. Concil. teste Barbosa loc. cit. n. 16. cum aliis ibi citatis. Et comprehenduntur sub alio decreto ejusdem Concil. sess. 25. de Regularib. c. 19. Ead. Sac. Congr. Conc. de qua Gonzalez ad Reg. 8. *Cellar. gloss. 8. num. 62. Barbosa loc. cit. n. 16.***

Insuper Equites Melitenses comprehenduntur sub decreto, quo Regularibus prohibetur accessus ad monasteria Monialium; Sac. Congr. Episcop. & Regular. in *Tranent. 28. Jan. 1603.* Hinc potest Episcopus procedere contra Equites Hierosolymitanos, seu Melitenses, si accedat ad monasteria Monialium contra formam decreti, ut resolvit Sac. Congr. Episcop. & Regul. in *Parment. 29. Augusti 1614.* & antea in *una dict. Religioni. 18. Febr. 1605.* ac etiam in *Neapolitana. 12. Jul. 1599.* apud Nicolium in *fiscod. v. Hierosolymitani num. 5. ubi num. 6.* offert alia decreta de eorum punitione, in *Genuen. 14. Augusti 1582.* & in *Casertina. 21. Julii 1640.* Unde Equites Hierosolymitani, seu Melitenses sunt tam vere, & proprie Religiosi tum in odiosis, tum in favorabilibus, quod possint confiteri Sacerdoti Regulari non approbato ab Ordinario, si cui possunt alii Regulares, Joann. Sancius in *suis præd. disput. cap. 49. num. 11. & 13.* Aloysius Riccius in *praxi rerum fori eccles. part. 4. resol. 170. num. 2. Novarius in Tract. de elect. & variat. fori quæst. 69. n. 23. secl. 2. in ultim. impress. Barbosa loc. cit. n. 19.*

Non est certum, posse Regulares confiteri Sacerdoti non approbato. Id enim Vasquesius, alique negant etiam de Regularibus iter agentibus, atque habentibus à suis Superioribus licentiam confitendi; atque ajunt, deficiente Confessario proprii Ordinis, sibi eligere non posse simplicem Sacerdotem non approbatum;

& Constitutiones Fratrum Ord. Prædicatorum hujusmodi Regularibus præcipiunt, ut itinerantes, deficiente Confessario proprii Ordinis confiteantur Sacerdotibus ab Episcopis approbatis pro excipiendis confessionibus, sive ii Regulares sint, sive Seculares. Non est ergo certum, posse Regulares confiteri Sacerdoti simplici non approbato ab Ordinario. Si certum non est, nefas procul dubio est Regulari, simplici Sacerdoti confiteri; quia in dubio de istius jurisdictionis periculo esset, ne irritum, atque nullum foret Poenitentia Sacramentum: quia de causa hac in re tutiore sequi tenemur opinionem, ut omnes concedunt, dum de valore agitur Sacramenti. Deinde cur Regularis discrimini se committat, cum præsto sint Sacerdotes approbati? Ut privilegio fruatur. At privilegium hoc etiam à Regularibus plerisque revocatur in dubium. †

Hinc Equites Hierosolymitani, seu Melitenses ut veri, & proprii Religiosi non habent facultatem testandi; Rota recent. part. 2. decis. 76. num. 1. decis. 87. num. 1. part. 14. dec. 151. num. 7. Nec habent velle, & nolle, cum in toto dependant à voluntate Magni Magistri; Rota part. 2. decis. 76. num. 1. Et sic cum ipsi sint intestabiles, eorum bona non hæredibus sanguinis, sed Religioni acquiruntur; Rota part. 14. decis. 76. num. 1. & 2. & *Annotat. ad decis. 16. num. 8. part. 3. Quæ sunt in capes Juris hæreditarii; Rota part. 5. tom. 1. decis. 336. num. 8.* Nec possunt disponere de pecuniis positæ ad bancum ad eorum creditum; Rota part. 1. decis. 487. n. 8. & quidquid acquirunt, acquirunt Religioni; Rota p. 1. decis. 487. num. 8. part. 2. decis. 333. num. 2. part. 8. decis. 51. num. 2. arg. cap. Statutum 1. caus. 18. q. 2. cap. Abbas 16. caus. 18. q. 2. cap. Quia ingredientibus 15 7. caus. 19. q. 3. cap. In præsentibus 8. de probat.

Equites Melitenses sine dispensatione pontificia non possunt capaces pensionis super beneficio ecclesiastico, si cui nec capaces sunt beneficii ecclesiastici secularis, ob professionem enim emissam in Religione Hierosolymitana, seu Melitensi extinguitur omnis pensio reservata super beneficiis secularibus; Ipsa enim est vera Religio ad omnes effectus, unde sicut per professionem in alia Religione ad omnes effectus extinguitur pensio, ut recte notat Card. de Luca *de benefico. disc. 64. num. 3. 5. & 6. de pensionib. disc. 44. num. 2. & annotat. ad Conc. disc. 13. num. 2. & communis aliorum, ita per professionem in Religione Hierosolymitana; Cord. in praxi benefico. l. 1. c. 5. num. 224. & seq. Card. de Luca de pension. dict. disc. 44. num. 4. Annotat. ad Concil. disc. 13. num. 3. & 4. Card. Petra tom. 2. comment. ad constit. 1. Anastasii IV. secl. 1. num. 28. & tom. 5. comment. ad const. 1. Pii III. num. 33. Tondut. de pension. cap. 69. num. 27. Rota decis. 479. coram Reyras, & supponitur in decisionibus Rotæ in causa Cesar-Augustana Pensionis, relat. à Card. de Luca *disc. disc. 44. de pensionibus, & in eadem causa repetita coram Bichio decis. 121. num. 2. part. 12. recent.* Et ita etiam firmatum fuit in dicta causa, quod si admissus Indultum apostolicum pensionem retinendi, ea non extinguitur, cum mediante dispensatione apostolica fiat regularis capax pensionis super beneficio seculari; Doctores passim in e. Cum de Beneficio de præbend. in 6. Card. de Luca loc. cit. num. 7. Card. Petra loc. cit. num. 32. Paris de resignat. lib. 6. q. 2. num. 16. Lotter. de re benefico. lib. 1. q. 40. num. 205. & seq. Rota dec. 45. n. 1. & seq. coram Milino, & in cit. decisionibus coram Peuting. & Bichio.*

Equites Hierosolymitani, seu Melitenses sunt sub protectione Sedis Apostolicæ, & ad alios Ordines transire prohibentur; Anastas. IV. constit. incip. Christianæ Fidei: Tales Equites exempti sunt à jurisdictione Ordinariorum, & à solutione decimarum; Pius IV. constit. 9. incip. Circumspecta: Bona Equitum Melitensium ubique deceduntur, etiam ex illicita negotiatione acquisita; uti spo-

spolia non ad Cameram Apostolicam, sed ad eorum hospitale spectant; Pius IV. constit. 29. incip. Romani: Eorum beneficiorum collatio, & causarum cognitio pertinet ad Magnum Magistrum Melitensem; Pius IV. in constit. 9. Circumspecta. Ordinarii non possunt se interponere ad visitandum Equites Hierosolymitanos, seu Melitenses, ubi habent jurisdictionem spirituales; Sac. Congr. Concil. teste Barbosa in *Summa Apostolicæ. decis. verb. Equites S. Joannis Hierosolymitani n. 18.* Armendar. ib. cit. Equitum Melitensium privilegia, indulta, facultates, exemptiones, immunitates, & alias gratias illis concessas confirmavit Urban. VIII. constit. 15. incip. Universalis.

Religio Hierosolymitana, seu Melitensis est divisa in tres Ordines, nempe in Equites, Fratres Conventuales, seu de Obedientia, & Servientes, & omnes isti emittunt professionem, certis tamen diversis observatis, tam circa nobilitatem, quam alia, ut in libro *stabilimentorum Religionis; Rota part. 11. decis. 18. num. 4. Petra tom. 2. comment. ad constit. 2. Anastasii IV. secl. 2. num. 24.* Equitum Melitensium familia divisa est in octo linguas, sive nationes, viginti Prioratus, 653. Commendas, sive Præceptorias. Officia sunt Magnus Magister, Magnus Commendatarius, Marischalus, Hospitalarius, Thesaurarius, Magus Babilivus, Cancellarius, Prior Ecclesiæ Ordinis, sic refert Claudius Robertus in *Gallia Christiana tit. de Generalibus Ordinibus, Barbosa in Summa Apostolicæ. decis. verb. Equites S. Joannis Hierosolymitani n. 20.* & alii passim. Professio Militum hujus Religionis consistit specialiter in emissione trium votorum castitatis, obedientiæ, & paupertatis, & non continet quartum votum, defendendi scilicet proprio ense christianos ad infidelibus, etiam cum vite sua discrimine, ut voluit Vilagut. *decis. 34. num. 5.* Contrarium enim, scilicet non adesse aliud votum præter illa tria, aperte deducitur, tum ex antiqua formula suæ professionis, quæ erat: *Ego N. juro, promitto, & vovo Deo. B. Virginii Mariæ, & S. Joanni Baptistæ, & Magistro Sacri Hospitalis Hierosolymitani, me observaturum perpetuo hæc tria, scilicet me obediendum, & viturum absque proprio juxta formulam statutorum Ordinis, & pro viribus meis castitatem servaturum; Tum ex formula nova, quam modo adhibent, ut sequitur: Ego N. vovo, & promitto Deo Omnipotenti, & B. Mariæ Virgini Genitrici Dei, & S. Joanni Baptistæ, me observaturum perpetuo Deo juvante veram obedientiam cultibus Superiori, qui mihi à Deo, & ab ipso Ordine dabitur, item me viturum absque proprio, castitatem servaturum; Azorius Institut. moral. tom. 1. lib. 13. cap. 5. lit. E. Sperell. decis. 21. num. 11. Cardin. Petra tom. 2. Comment. ad constit. 2. Anastasii IV. secl. 2. num. 22.*

Equites Melitenses, seu Hierosolymitani Milites tenentur servare Interdictum locale; Sic expresse declaravit Sac. Congr. Concil. in *Cesar-Augustana Interdicti 11. Junii 1695.* ubi ad dubia sequentia; Primo: *An stante Interdicto Generali locali Milites Hierosolymitani teneantur illud observare in eorum ecclesiis exemptis? Et quatenus affirmative. An obstat consuetudo immemorabilis in contrarium allegata? Respondit ad primum Affirmative, ad secundum Negative,* apud Card. Petram tom. 2. comment. ad constit. 2. Anastasii IV. secl. 3. num. 3. Equites Melitenses incurrit Irregularitatem ex defectu lenitatis, si in bello etiam contra infideles aliquem necaverint, ut multaverint; Thomassin. *de benefico. part. 2. l. 1. c. 75.* Card. Petra tom. 2. Comment. ad constit. unicam Gregor. VIII. secl. 1. num. 22. & casu consimili sic respondit Sac. Congr. Concil. in *Zagabrien. 17. Nov. 1685.* Vide verb. *Belgium art. 5. num. 6. 7. & 12.* Eques Melitensis licet publice suum Parochum percutiat, minime potest Ordinarius in eum exercere jurisdictionem, neque excommunicando, neque declarando excommunicatum, quia privilegio exemptus est, ut in Concil. sess. 24. cap. 11. Tamen ex quo ipse ob talem percussione incidit in excommunicationem Canon. Si quis suadente diabolo, potest Episcopus precipere omnibus Parochis, & Canonicis, ac aliis Rectoribus, & Sacerdotibus, ne eum admittant intra ecclesias ipsi Episcopo subjectas; Sac. Congr. Concil. teste Lezana in *Summ. quæst. Regul. tom. 2. cap. 5. num. 29. & Barbos. loc. cit. num. 7.*

Congregationes, quæ jussu Episcopi ad casus conscientia discutiendos habentur, obunde sunt ad exercendibus curam animarum, etiam in parochialibus Hierosolymitanæ Religionis Sac. Congr. Conc. 3. Martii 1598. Curati Religionis Hierosolymitanæ tenentur ad omnes functiones, ad quas ceteri Curati, etiam ad omnes functiones Petri V. & Sabbati Sancti; Sac. Congr. Episcop. & Reg. in *Cæsen. 28. April. 1599. & in Faventina 16. Maji 1646.* Curati Religionis Hierosolymitanæ non tenentur ad subsidium charitativum, vel cathedraticum, vel contributionem Seminarii, vel ad procurationem pro Visitatione, nisi in concessione ecclesie sibi eam Ordinarius reservasset, ut declaravit Sacra Congr. Concil. in *Eleven. 27. Julii 1604.* Prohibere non potest Episcopus ne celebretur in Ecclesiis Religionis Hierosolymitanæ à Sacerdotibus tam fratribus, quam Capellanis dicti Ordinis absque sua licentia; Sac. Congr. Episcop. & Regul. in *Syracusana 29. April. 1606.* Curati Religionis Hierosolymitanæ tenentur ad exponendas quadraginta horas per annum; Sac. Congr. Episcop. & Regul. 29. Septembr. 1619. apud Nicol. in *Flusculis, verb. Hierosolymitani num. 9.* Sacerdotes Seculares, & Regulares Ordinis Hierosolymitani curam animarum personatum secularium exercentes, in iis, quæ ad dictam curam, & sacramentorum administrationem pertinent, subsunt in omnibus jurisdictioni, & visitationi, ac correctioni Episcopi; nec potest etiam quicumque ad nutum amovillis ad eandem curam à Commendatore deputari, nisi de ipsius Episcopi consensu, ac prævio examine per eum, vel ejus Vicarium faciendo non obstantibus privilegiis quibuscumque; Sac. Congr. Episcop. & Regul. 8. Junii 1724. apud Piton. tom. 2. *Constr. & dec. pro Regular. num. 2207.* Parochi Religionis Hierosolymitanæ accedere tenentur ad Synodum; Sac. Congr. Conc. 18. Augusti 1589. Parochiales ecclesiæ Religionis Melitensis, quoad animarum curam, & Sacramentorum administrationem Episcopi visitare possunt; Greg. XIII. Constituit. 67. incipienti. Circumspecta: Aliæ vero ecclesiæ, præter has Curatas, sunt exemptæ à Visitatione Episcopi, Sac. Congr. Concil. apud Barbos. loc. cit. num. 8. & Lezana l. c. n. 52. Excommunicare potest Episcopus Fratrem Capellanum Religionis Hierosolymitanæ, qui administravit redditus parochialis secularis citatum ab Episcopo in visitatione ad reddendam rationem, & non comparentem, ut decimum in *Vulturariensi 7. Septembris 1630.* refert Sellius in *Select. Canon. cap. 13. num. 10.* apud Barbos. in *Concil. sess. 22. de reform. cap. 9. num. 24.* Ad contributionem Seminarii non tenentur, neque compelli possunt fratres S. Joann. Hierosolymitani, sive eorum Vicarii, in ecclesiis parochialibus Religionis prædicte unitis, vel ab ea dependentibus; Sac. Congr. Concil. in *Augustana 14. Dec. 1630.* Dicit Vicarii S. Joannis Hierosolymitani non tenentur dare procurationem Episcopo eorum ecclesiis visitandis; Sac. Congr. Conc. in *dict. Augustana 14. Dec. 1630.* Et jam sic fuerat decimum 28. Junii 1627. nempe dictas ecclesiæ Curatas esse visitandas gratis, & absque impensa, ut refert Barbosa de *Jure eccles. univers. lib. 1. cap. 14. num. 22.* Parochi dictæ Religionis curam animarum secularium exercentes à Commendatariis deputati, quatenus absolute idonei sint, approbandi sunt simpliciter ab Episcopo Sac. Congr. Concil. in *dict. Augustana 14. Dec. 1630.* apud Pasucc. p. 1. tit. de Equitibus. Curati Religionis Hierosolymitanæ tenentur intervenire Oleorum consecrationi, si alii Curati teneantur, S. C. Episcop. & Regul. in *Faventina 20. Maji 1646.* Potest Episcopus tamquam Delegatus Apostolicus visitare parochiales Hierosolymitanas, & in visitatione decreta condere in concernentibus curam animarum administrationem Sacramentorum, ac implementum onerum missarum ex piis dispositionibus provenientium, & illa sunt executioni demandanda; Sac. Congr. Concil. in *Vulturarien. 1652.* apud Pasch. loc. cit.

Episcopo licet ad excommunicationis publicationem procedere, & interdum apponere ecclesiæ Priorem Religionis Hierosolymitanæ ex causa violatæ Immunitatis, Sac. Congr. Immunit. in *Messanen. 23. Sept. 1653.* apud Riccius in *Synopsi decretor. verb. Interdictum num. 9.* Licentia extrahendi delinquentis ad ecclesia Religionis 47

Hierosolymitana, & cognitio an extractus gaudet Immunitate, spectat ad Episcopum, Sac. Cong. Immunitatis in Saanen. 9. Maji 1662. apud Riccium loc. cit. verb. Licentia num. 1. Potest Episcopus ex constitutione Gregoriana extrahere delinquentes etiam ab ecclesiis Religionis Hierosolymitanæ, Sac. Cong. Immunitatis in Meitanen. 6. Maji 1653. Fratres Capellani Religionis Hierosolymitanæ curam animarum habentes tenentur accedere ad synodum, & ad congregationes casuum conscientie præscriptas ab Episcopo, qui potest illos cogere juris remediis; Sac. Cong. Concilii. 9. Sept. 1684. apud Monacell. part. 4. sub num. 158.

Religio Hierosolymitana potest personas ecclesiasticas in Conservatores eligere, etiam in Conciliis provincialibus, vel diocesanis Judices designati non sint, prout concessit Alexander VIII. 17. Maji 1655. apud Monacell. part. 3. tit. 1. formul. 16. num. 4. Equitum Melitensium in promotione ad Magnam Crucem habetur ratio meritorum magis, quam antianitatis respectu temporis; Paul. V. constituit. 30. incip. Accepimus: Præceptorie Ordinis Melitensis vacant per promotionem ad Episcopatum; Greg. XIII. constituit. 82. incip. Controversia: Assassini criminis reos Equites Melitenses non possunt Judices Laici declarare; Clemens VIII. constituit. 37. incip. Eques: Coloni Religionis Hierosolymitanæ gaudent privilegiis ejusdem Religionis; Sac. Cong. Immunitatis in Verceh. 18. Maji 1626. apud Riccium in Synopsi decr. verb. Colonus Commend. num. 1.

Hierosolymitani Milites non vivunt Melitæ in claustris, sed tota civitas dicitur Conventus; Card. Petra tom. 2. Constit. 2. Anastasii IV. sec. 2. num. 5. & alii passim, & docet præxis Hierosolymitani Milites aluntur à Religione, dum sunt in Conventu Melitiano; Card. Petra tom. 2. Comment. ad constit. 7. Innocent. III. num. 3. cum multis ibi citatis. Hierosolymitani Milites per cingulum distinguuntur à Capellanis, & servientibus; Fagnan. 13. decret. in cap. Qui presbyterum 2. de penitent. & remissionib. num. 78. & 79. In Religione Hierosolymitana Fratris nomenclatio non convenit nisi Professis; Novitii enim non Fratres, sed Nobiles appellantur, ut constat ex statu primo de verb. signifi. Fagnan. l. c. num. 109. Religio Hierosolymitana representatur per Capitulum Generale, & non per sexdecim Equites Capitulares, Rota rec. part. 7. decr. 303. num. 31. Unde dicti sexdecim Capitulares non habent facultatem decernendi contra statuta Ordinis; Rota ibid. num. 22. & seq. Fagnan. l. c. num. 48. Hierosolymitano Equiti, neque de jure competit, nec concedenda est ex gratia facultas sibi arrogandi filios; Sac. Cong. Concilii in Placentina Arrogationis 4. Maji 1697.

In Conservatores, & Officiales Religionis Hierosolymitanæ eligendæ sunt personæ ecclesiasticæ; Sac. Congreg. Immunitatis in una Sicilia 20. Januarii. 1654. lib. 5. decret. Paul. pag. 32.

Administratio ærarii, & Thesauri Religionis præfatæ non debet demandari per Capitulum ejusdem Religionis Magno Magistro; Rædem Sac. Congreg. in una Religione Hierosolymitanæ 24. Decemb. 1623. ex Regesto Scripturarum veterum pag. 22.

Puer trium annorum cum dispensatione apostolica admissus ad dictam Religionem, cui concessa fuit crux aurea, cum promissione faciendi novitiatum anno vigesimo quinto ætatis suæ, pendente isto termino ad emitendam professionem gaudet privilegio Fori; Mediol. 21. Jan. 1626. ex Regest. scrip. veterum pag. 83. & 30. Aprilis dict. anni. & lib. pag. 99.

Equites Hierosolymitani vigore privilegiorum apostolicorum suæ Religionis concessorum gaudere debent exemptione à datis, collectis, & gabelis, & aliis oneribus, exceptis illis, quæ à Sede Apostolica fuerunt imposita, & in impositione specificè eadem Religio est nominata; Anconitana 13. Jul. 1637. lib. 3. decr. Paul. pag. 36.

Eques Hierosolymitanus est exemptus etiam pro bonis patrimonialibus, & acquisitis; Novarien. 5. Febr. 1630. lib. 2. dec. Paul. p. 26. Tudertina 19. Jan. 1638. lib. 3. decr. Paul. p. 53.

Equites Hierosolymitani absentes non gaudent privilegio competente Clericis ex causa absentibus pro eo-

rum franchitibus farinæ; Bituntina 21. Novembris 1684. lib. 3. decr. Altonii pag. 388. Verum Equiti Hierosolymitano absenti ob Caravanas faciendas debentur franchitibus; Bituntina 16. Jul. 1697. lib. 2. decr. Vallem. pag. 101.

Equites præfati non comprehenduntur in contributione pro refectione pontis auctoritate apostolica imposita, quando non fuerunt specificè expressi in impositione; Casaraugustana 20. Jun. 1671. lib. 1. decret. Alton. pag. 565.

Scribitur Episcopis, & aliis Ordinariis, quibus concessa fuit facultas contribuendi ratione belli, & hospitalitatis militiarum extrarum, quod Sanctitas sua intendit bona Religionis præfatæ possessa ab Equitibus esse immunita à prædicta contributione; Melivitanæ 16. Febr. 1692. l. decr. Grimaldi p. 86. Parmen. & Mutinen. 26. Novembris 1692. lib. 1. decr. Vallem. pag. 4. Colonien. 1. Jun. 1697. lib. 2. decr. Vall. pag. 93.

Injungitur restitui quicquid exactum fuit per Ministros laicos super bonis Equitum S. Joan. Hierosolymitani contra dispositionem decreti emanati sub die 31. Augusti 1677. Bononien. Fanen. & Ravennaten. 24. Aug. 1665. l. 1. decr. Vallem. pag. 211.

Verum aliquando, de mandato Sanctissimi, Episcopus potest cogere ad concurrendum pro reparatione viarum pro rata tantum commodi privati; Casenaten. & Imolen. 25. Junii 1695. dict. lib. pag. 196.

Ordinariis procedere potest, ut à curia seculari excarceretur, & remittatur Miles Hierosolymitanus præteritus reus; at in causa delicti commissi Ordinarius non debet procedere, sed remittenda est ad Magnum Magistrum ejusdem Militiæ; Panormitana 2. Febr. 1637. l. 3. dec. Paul. pag. 25.

Injungitur Nuntio Apostolico, ut assistat Judici & Conservatori privilegiorum Ordinis; Meliten. Tranen. 30. Jul. 1695. lib. 1. dec. Vall. pag. 206.

Super recursu Clerici Beneficij Equitis Hierosolymitani detenti in castro pro curiam laicalem, injungitur D. Archiepiscopo, & D. Nuntio, ut conjunctim illum tueantur prout de jure; Neapolitana 17. Maji 1695. dict. lib. pag. 190.

Datur facultas Archiepiscopo procedendi contra gubernatorem, licet Equitem Hierosolymitanum, in causis violatæ Immunitatis; Marceraten. 27. Novembris 1666. lib. 1. decr. Altonii. pag. 65. Caven. 15. Octobris 1667. dict. lib. pag. 165. Neapolitana 15. Januarii. 1667. dict. lib. pag. 79.

Datur facultas Archiepiscopo extrahendi Equitem dicti Religionis confectorem monetæ falsæ, & tonsorem monetarum, ac conficiendi processum, & caute custodiendi; Neapolitana 6. Septembris 1678. lib. 2. decret. Altonii pag. 174.

Ex gratia Sanctissimi injungitur D. Nuntio, ut mandet Conservatori Religionis Hierosolymitanæ confici processum contra Equitem dicti Religionis, qui in publica platea, ac diurno tempore baculo percussit præsidem Generalem ærarii Ducis Sabaudie, & permittat assistere posse Ministrum Ducalem, cum expressa tamen conditione, ut certiorer Sanctissimum, cum transmissione contentorum in processu fabricato; Taurin. 30. Jun. 1728. lib. 2. decr. Paul. pag. 96.

Sanctissimus advocavit causam à tribunali Conservatoris Religionis Hierosolymitanæ, ac mandavit dari Præfecto Nursiæ facultatem procedendi contra exemptos; Asculana, seu Spoletana 27. Jun. 1703. lib. 3. decr. Vallem. pag. 498.

Ad preces Magni Magistri dicti Ordinis, ex gravissimis, & extraordinariis circumstantiis Sanctissimus tribuit ad triennium Episcopo facultatem extrahendi à locis immunitibus Milites confugitos pro causa exposita, reportata tamen obligatione cum juramento de non puniendo ob confugium, Meliten. 27. Novembris 1694. lib. 1. dec. Vall. pag. 159.

Protogatur ad decennium facultas extrahendi personas, & res suspectas morbo pestilentiali; In eadem 26. Martii 1695; dict. lib. pag. 179.

Item Sanctissimus tribuit ad triennium Episcopo facultatem

extrahendi confugas ad loca Immunita, reportata tamen obligatione supradicta, ibidem.

Hierosolymitanæ Militiæ permittitur super trimebibus celebrato misse tempore navigationis, quando trimebibus celebrata sunt in quibusvis oris, littoribus, & portibus habitatis, & non habitatis, dummodo celebratio misse hujusmodi eo tempore, quo mare tranquillum, & celum serenum reperitur, & cum assistentia alterius Presbyteri, seu Diaconi fiat, ita ut periculum effusionis sanguinis in dicta celebratione minime adsit; Benedict. XIV. tom. 1. Constituit. 41. incip. Exponi: Ipsius militibus, & subditis, seu incolis insularum ipsius ditioni subiectarum conceduntur Indulta Bullæ Cruciatæ; Idem consilii. 86. incip. Quoniam per tot.

Pro Hierosolymitanis Capellanis attendenda sunt sequentes Resolutiones Sacræ Congregationis Concilii in Illerden. Synodi, relatæ à Benedicto XIV. de synodo diocesana lib. 3. cap. 7. num. 2. & 5. libi.

Primo. An Fratres Capellani Sacræ Religionis Hierosolymitanæ, curam animarum habentes; teneantur convenire ad synodum diocesanam?

Secundo. An iidem Fratres Capellani, curam animarum habentes, & sacramenta in eorum Ecclesiis Regularibus, & exemptis ministrant Clero, & populo seculari, subiecto Episcopo loci, teneantur ad diocesanam synodum convenire?

Tercio. An iidem Fratres Capellani, curam animarum habentes, teneantur interesse lectioni, & conferentiæ casuum conscientie ab Episcopo præscriptis, propter necessitatem, vel utilitatem Ecclesiæ, præsertim contra propositiones damnatas?

Die 17. Julii 1683. Sacra Congregatio respondit: Ad primum, secundum, & tertium, Affirmative.

Eorum ecclesiæ parochiales subsunt visitationi Episcopi, ut Sedes Apostolicæ delegati, & visitationi Priorum Hierosolymitanorum, ita tamen, ut si Episcopi, & Priorum decreta inter se discrepent, illa prævalent, quæ ab Episcopo sunt edita, juxta plures sacrarum Quæ Congregationum sententias relatas à Monacello in Formulæ. tom. 1. tit. 5. formulæ. 2. num. 2. & signante in Mediolanen. 12. Novembris 1689. & in Congregatione Particulari deputata ab Alexandro VIII. in causa Hispal. 30. Januarii. 1694. in respons. ad 6. & relata in Congregatione Generali 18. Augusti. 1696. Idem Benedict. loc. cit. num. 4.

Multo magis ad synodum accedere debent, & Episcopi subijcuntur in iis, quæ paræciæ administrationem respiciunt, Sacerdotes seculares ecclesiis parochialibus Equitum Hierosolymitanorum præfati, ut censuit Sacra Congregatio Concilii in Pragen. Jurisdictionis, quæ ad dubium, An nominati, sui deputati in dictis ecclesiis, postquam reportaverint ad Archiepiscopum licentiam pro exercenda cura animarum, teneantur se conformare constitutionibus synodalibus, & ordinationibus consistorialibus, quoad omnia in ordine ad Sacramentorum administrationem, & curam animarum? die 14. Jan. 1708. respondit Affirmative: Idem ibidem num. 5. & habetur in thesauro resolutionum tom. 9. pag. 170.

Alii Sacerdotes eidem Ordini inservientes subiecti sunt jurisdictioni Episcopi, ut Sedes Apostolicæ delegati, & ad Synodum accedere tenentur, nisi religiosam professionem emisserint, vel intra Militaribus claustris septa

viventes, Religioni actu inserviant, & sub Prælati obedientia vivant, Concil. Trident. sess. 24. sess. 14. c. 11. de reformat. Quod Tridentini decretum instauravit, & 89 distinctius explicavit Gregorius XIII. constituit. 125. & 2. Bullar. part. 3. tom. 1. in qua prædictos inservientes, quocumque nomine nuncupentur, iterum subiecit delegatæ jurisdictioni Episcoporum, tam in visitatione, quam extra visitationem, ibi: Exceptis tamen iis, qui ecclesiis, aliisque locis dictorum Militum actu serviant, & intra eorum septa, & domos resident, ac sub eorum obedientia vivunt, quæ omnia debere simul concurrere intelligantur, sive iis, qui legitime, & secundum regulam prædictæ Religionis professionem fecerint, de quo loci Ordinatio constare debeat. Quam explicationem semper respexit, suasque decisiones ad illam conformavit Sacra Congregatio Concilii, & præcipue Materiam Jurisdictionis 8. Februarii 1659. lib. 21. Decret. pag. 533. & sequent. & novissime in Caputaquen. Jurisdictionis 19. Novembris. 1735. ut habetur in Thesauro Resolutionum dicti anni; Idem ibid. num. 6. ubi ad allegat. Fagnan. Monacel. Pignatelli. & Rotam dec. 120. num. 16. & seq. part. 28. rec.

Et ibid. num. 8. subjungit, quod quæ hæctenus de Hierosolymitano dicta sunt, admissim congruunt Militari Ordini SS. Mauriti & Lazari, qui à S. Pio V. in constituit. 43. §. 12. Bullar. tom. 4. part. 2. pag. 339. in omnibus exæquat est Ordini Hierosolymitano. Hinc cum nonnulli Sacerdotes diocesis Uritanæ literas, quas Panemates vocant, obtinissent à Vicario Commendæ SS. Mauriti & Lazari, isdemque munus, se immunes jactarent à jurisdictione Ordinarii, causa proposita in Sacra Congregatione Concilii, & disputato dubio, An Officiales Patentari SS. Mauriti & Lazari sint exempti à jurisdictione Ordinarii? Die 7. Septembris. 1726. responsum fuit Negative. Hæc ille, & habetur etiam in thesauro resolutionum dicti anni.

De ipsis Equitibus plura statuit Benedict. XIV. constituit. incip. Biennium: & signanter quod sint veri Regulares; quod crux octogona sit tenus eorum habitus, non autem aurea crux à pectore pendens, quæ aliquando ipsis prohibita fuit, quævis talis prohibitio us recepta non fuerit; quod dicti Equites ad episcopatum, aut Cardinalatum everti cruce octogonam ex tela alba tamquam habitum suæ Religionis proprium supra vestes exteriores, & præciè supra mozettam deferre possint Cardinales ex eodem Ordine assumpti, & quod cruce ejusmodi Melitensis Episcopus Mozettae in civitate Melitensi, Mantelletæ vero assutam Romæ deferre possit, ut consuevit, & ad id plura exempla adducuntur.

Commendæ Ordinis S. Joannis Hierosolymitani sunt ab omnibus reservationibus exemptæ; Ideoque semper omnino à Magno Magistro, vel alio id ad facultatem habente, de iis disponi debet. Bened. XIV. constituit. incip. Inter illustria, §. 14. Hinc expectative, Coadjutoria: vel mandata de providendo, sine consensu Magni Magistri obtenta, nulla declarantur. Idem ibid.

Commendarum resignationes acceptare potest Magnus Magister; Ac etiam reservare pensiones super illis perpetuas, & ad successores transitorias. Idem ibid. §. 15. Solis tamen militibus hujusmodi pensiones reservari possunt. Idem ibid. §. 16.

Hierosolymitani Ordinis tum spiritualia, tum temporalia privilegia ac statuta nunc vigentia sunt confirmata

Quamvis Equites Hierosolymitani gaudere debere videantur à datis, collectis, gabelis, aliisque oneribus immunitate: à vechigalibus, vulgò Alcabala non eximuntur; cum maneat stabilitum Commendatores Ordinis Divi Jacobi, Norgbensis Colloniæ, Oreti, & Sancti Joannis ad eorum solutionem de omnibus (etiam hervis) venditis, & permutatis, reddidibus, Commendarumque fructibus exceptis, compellendos esse, & ubi consuetudo illam solvendi vigeat eodem, ac seculares, contribuere tenentur modo (1).

(1) L. 9. tit. 18. lib. 9. Ordenamos, y mandamos que los Comendadores de las Ordenes de Santiago, Alcántara, y Calatrava, y San Juan, paguen la alcabala de todas las cosas que vendieren, ó trocaren; con que de los frutos de sus encomiendas que ellos vendieren, ó trocaren no sean obligados á pagar, ni paguen alcabala alguna; pero de las yervas de las dichas encomiendas si; y donde oviere costumbre de pagar la dicha alcabala, mandamos que la paguen los dichos Comendadores, segun, y como la pagan, y la acotumbran pagar las otras personas seglares:.

mata à Benedic. XIV. constitut. incip. Inter illustria, §. 1. Ordo item, res, & personæ sunt immediate S. Sedi subdite. Idem *ibid.* §. 2. Ideoque sunt ab Episcoporum, Archiepiscoporum, & aliorum quorumcumque jurisdictione exemptæ. Idem *ib.* §. 3. Novæ domus, & Præceptorie erigi possunt, irrequisitis locorum Ordinariis. Idem *ibid.* §. 4. Præsentati ad parochiales, aliasque Ordinis ecclesias, sine ulla exactione sunt ab Ordinariis instituenti. Idem *ibidem* §. 5. Præter Capellani extra tempora, & à quocumque Catholico Antistite Ordines suscipere possunt. Idem *ibidem* §. 7. Idem non obstante contraria consuetudine in ecclesiis, & beneficiis Ordinis adnexis deputantur, ac renovantur à Magno Magistro. Idem *ibidem* §. 17.

99 Bona ipsius Religionis à quibuscumque decimis, aliisque oneribus ecclesiasticis, ac etiam laicalibus sunt exempta; Patrimonialia vero militum ab oneribus communitatis. Idem *ib.* §. 7. & 8. Jura, proventus, responsiones omnes indiscriminatim communi ratio præstari jubentur, abrogatis contrariis quibuscumque privilegiis. Idem *ibidem* §. 12. Alienatio bonorum religionis, inconsulto Magno Magistro facta, est nulla. Idem *ibid.* §. 13.

100 Sunt utique Equites Hierosolymitani vere Religiosi, ut ait *Autor.* num. 3. & sic ratione voti paupertatis, quidquid undequaque acquirunt, non sibi, sed Religioni acquirunt.

101 At cum iis non eodemmet rigore procedendum est, qui in subjecta materia servatur in alios Religiosos.

102 Animadversione enim dignum est, quod ipsi vitam ut plurimum ducunt extra claustra in privatis domibus, debentque sibi comparare omnia, quæ necessaria sint ad propriam sustentationem juxta propriæ nobilitatis gradum, atque ipsius inclyti Hierosolymitani Ordinis dignitatem.

103 Atque hinc est, quod (ut ait Rota in Romana nullitatis contractus 25. Februar. 1753. §. 3. cor. clar. memorie Matthæo) ex necessaria quadam eorum Instituti tolerantia, sive tacita superiorum permissione per inveteratam consuetudinem inducitur, atque ejusdem Religionis status comprobata pro hujusmodi effectu sub imagine eorum reddituum ex prædictis bonis provenientium, liberisque perfructibus propriorum questuum & pecuniarum usu, adeo ut Sacra ipsa Religione, penes quam vere residet dominium, ac proprietas, sciente & patiente, complures valeant inire contractus, aliisque omnia gerere, quo exigit hujusmodi vivendi ratio eorum conditioni conveniens.

105 Qua de ratione vero optimo sacrum tribunal Rotæ in *max allegata decisione* validum adjudicavit contractum census vitalitatis à paupere Equite Hierosolymitano, ut sibi in futurum prospiceret. Ceterum si agatur de Equite Hierosolymitano, cui congrua sustentatio haud desit, contractus à nullitatis vitio excusari nequid. *Idem*

HISTORIA, HISTORICUS.

SUMMARIUM.

- 1 **H**istoria unde dicta, & quid: quot species; & quales: ejusdem primi inventores: quanta ejus utilitas, ad num. 13.
- 2 **Q**ue in historia, & historico requirantur: fides que illi præstanta: in causis beatificationis, & canonizationis quomodo probet: referuntur casus circa præcedentes causas, ad num. 23.
- 3 **H**istorici quam in probatione præminentiam consequantur: que attendenda in factis historicis credenda: qua forma & modo vera, & genuina opera à falsis, & supposititiis discernantur, ad num. 35.
- 4 **A**dnotationes ex aliena manu inseruntur.
- 5 **H**istoria dicta est à verbo græco, quod latine idem importat ac *spektare*, seu *videre*, ita ut Historia sit visa res, atque spectata, & exinde, uti est gesta, narrata;

Budæus in *commentariis græcis*. Unde historia proprie est earum rerum, quibus generis interfuerit is, qui eas narrat, ut advertit Calvinius in suo magno lexico 1. verb. Historia.

Historia igitur, quæ græca est dictio significans repositionem, sive seriem rerum, est rerum gestarum cum laude, aut vituperatione narratio, quæ magnarum rerum consilia, actiones, exitus, rerumque, ac magnorum virorum cum temporum, ac locorum ordine, & descriptione, tamquam viva quedam pictura ante oculos exponit. Sic apud Beyerlinck in *magno theatro vite humane* tom. 4. verb. Historia.

Quatuor sunt species historia; vel enim de locis est, ut *geographia*; vel de temporibus, ut *genealogia*; vel de generatione, ut *genealogia*; vel de gestis, ut *annales*; Historiæque ceteræ. *Geographia* est ars dimetiendi, ac describendi orbem terrarum, ejusque superficiem habitatum, & inhabitabilem. Illius partes sunt *hydrographia*, quæ marium, & insularum descriptionem exhibet; *chrographia*, quæ in particularium tantummodo regionum, regnorum scilicet, & provinciarum descriptione versatur; & *topographia*, quæ singularium dumtaxat locorum, nempe unius civitatis, villæ, vel pagi descriptione contenta est. *Chronologia* est ars, quæ certis notis, & indicibus præteritarum rerum memoriam suis temporibus assignat; Unde, ut advertit Scaliger, in *prolegomenon. in Eusebium*, *Chronologia anima historia est, sine qua historia non spirat, que quanto multis scriptis, tanto chronologia illi præstat, ut corpori anima*. Hinc patet discriminem maximum historiæ à chronologia, quæ doquidem, ut recte notat doctissimus Petavius *Ration. temporum part. 2. cap. 2. Illa simplici rerum gestarum ordine contenta est, nec annorum singularum exactam rationem instituit; Hæc annos ipsos quoad licet, annorumque partes quibusdam notis, ac vestigiis assequitur. Genealogia, id est sermo de origine generationis, est continuata gradatim facta ab origine familiarum, ac personarum descriptio, monumentis, ac literis tradita. *Annales* libri sunt, in quibus antiqua gesta, atque acta per singulos annos conscripta referuntur. *Annales* autem ab historia distinguuntur, quod illi proprie res suorum temporum gestas, quas auctor vel vidit, vel potuit videre, pertractat; neque tantum quid gestum sit, sed etiam qua ratione, quove consilio, indicet: *Annales* vero Scriptores res antiquas ut plurimum, quas sua non novit ætas, easdemque per annos singulos monumentis commendat; Ita Baronius tom. 1. *Annal. in præfatione p. 2. lib. B. ex Gell. lib. 5. cap. 18. & Isidor. Orig. lib. 1. in fin.**

Historia alia est *sacra*, quæ gesta, atque acta sacra describit; alia *profana*, quæ gesta, atque acta profana commemorat; alia *civilitas*, quæ in regnis, provinciis, ac civitatibus gesta, atque acta reportat; alia *ecclesiastica*, quæ in ecclesia gesta atque acta, tum sacra, tum profana, tum ecclesiastica, tum civilia complectitur.

Quinam historiæ primi fuerint inventores, non satis constat; Plinius enim *lib. 7. dicit*, quod Cadmus Milesius primus omnium historiam condidit; Joseph autem in 1. *antiquitat. libro* eum apud Græcos dumtaxat primum historiam scripsisse tradit, multo junctorem Moyse; Nam verisimilius est antiquissimos Hebræorum, qui sacros libros scripserant, historiam primo condidisse; Vel Ægyptiorum Sacerdotes, sicut ipse Josephus in primo contra Apionem sentire videtur; Euseb. *lib. 10. & 11. præpar. evangelicæ*. Xenophonem Grylli filium, Socratis auditorem, primum ex Philosophis historiam scripsisse de rebus Græcorum, tradit Laertius l. 2. Ante Saturni in Italiam adventum nullum historiam cultorem fuisse, sed solum postquam iam rudem populum in unum collegit, Historiam communiter invaluisse, refert Macrobius *lib. 1. Saturnaliorum cap. 8. apud Beyerlinck loco citato verb. Historia*; ubi præcipuos in omni natione Historic. ac in omni materia Scriptores abunde recenset.

Historia, ex quo adinventæ, maximam semper suis cultoribus utilitatem subministravit; ipsius enim lætio juniores antiquioribus æquavit, natu majores rerum experientia ditavit, privatos viros Imperio dignos effecit &

& quotquot in Orbe quovis in genere fuere heroes, ipsa constituit, ac efformavit; & ut summatim dicam, omnium rerum series, quibus hominum utilitas, felicitas, ac gloria paratur, historice tribui debet; Unde ipsamet apud Beyerlinck *loc. cit.* hæc poetica sibi carmina canit: *Ille ego, que gestis prætorum custodia rebus; Digero quod cavetas, quodque sequaris iisr. Prætorum ne veteris vanescat gloria seclis, Vivida defensant qua monumenta domus; Et sua virtuti per me sunt præmia rursum; Impie fumosis desero fama notis. Eloquor, & summi quantum jactatur, & imi, Eloquor, & cæca fasque, nefasque Dea. Quod majus theatrum, circusque capaxior, aut qua Dædior humanas scena referre vices? Me sine quis prudens? Unde experientia major? Quis me adit tandem, non magis doctus eat? Omnis enim nostrum pendet prudentia sensu, Riteque nil, nostra qui caret arte, sapit.*

14 Quid in historia, quid in historico principaliter requiratur, satis erudite, & docte ostendit Halicarnassæus apud Beyerlinck *loc. cit.* his verbis: historiam narrationem perpetuo vitii filo ductam colligatam oportet esse, præsertim ubi res exponantur, & multæ, & hujusmodi, quæ cognosci, ac percipi non facile queant; Sic Halicarnassæus *cap. 10. de Judois historia Thucydides*. Et mox; Historiæ disponendæ laus non minima in eo sita est, si, & principium, quo non aliud sit prius, capiatur, & eo fine, quæ nihil videatur deesse, comprehensa narratio videatur. Idem *lib. cap. 1. Deinde ad officia Scriptoris historie descendens, ait: Primum officium esse potest, & id vel maxime omnibus necessarium, qui res gestas literarum monumentis tradere cupiunt, ut ab oblivionis injuriis vindicentur, materiam seligere speciosam, & jucundam, ac eam, quæ animos legendum voluptate afficiat, atque alliciat; Quod Herodotus mea quidem sententia melius vidisse, & expressisse videtur, quam Thucydides; Ille enim Græcorum, & Barbarorum historiam integram scripsit, & apte dispositam; Thucydides autem unum tantummodo bellum, nec fortunatum; unde potius silentio prætereundum, quam posterorum memoriam relinquendum, confuse descripsit. Est enim historiæ etiam officium caute considerare, quæ res illi in historiâ referendæ sint, & omnia ritè in partes disponere; ac unumquodque eorum, quæ referuntur, suo loco apte disponere. Et tandem talis debet esse historicus, ut omni modo careat, nullis muneribus, aut commendatiis corruptus; nihil odio, nihil amicitia tribuens, æqualis Judex; ac benevolus omnibus, ita ut alterutri plus æquo nihil tribuat, sinceræ veritatis amator liber sit, ac nulli Regi subiectus; peregrinus in libris, patria cavens, suis legibus vivens; non quid huius, illius sit placitum, aut displiciturum cogitans; sed id, quod revera a quibus sit, fideliter ac veridice imponens; Cum præcipue Historicorum partes sint, falsum non dicere, verum non abscondere, ac suspitionem, vel similitudinem evitare: Historia enim à Cicerone *lib. 2. de orat.* vocatur testis temporum, vitæ memoria, magistra lucis, nuntia veritatis. Et jam quid congruat historiæ auctori, breviter fuerat traditum *lib. 3. Machab. cap. 2. Vide ibi*.*

De conficienda historiâ, & quenam adminicula in eo, qui historiæ conficiendæ provinciam vult sibi assumere, requiruntur, lege eruditissimam Præfationem Eminentissimi Cardinalis Orsi in historiâ ecclesiasticâ.

15 Historicis, præsertim antiquis, & classicis, omnis præstantia est fides. *Cominanti & colligitur tum ex Sacra Scriptura, tum ex utroque Jure, tam civili, quam canonico; Ex Sacra Scriptura pluribus in locis habetur digna historiarum commemoratio, ad denotandum, quod sit ipsis fides adhibenda. Exod. cap. 17. num. 14. Ibi. Dixit autem Dominus ad Moysen, Scribe hoc ad nomenentum, & trade aurihus Fruis. Deuteronom. cap. 31. num. 9. Ibi. Scripsit itaque Moyses legem hæc, & tradidit eam Sacerdotibus filiis Levi, qui portabant arcam fœderis Domini, & curæ sunt senioribus Israel. Jeremias cap. 36. num. 2. Ibi. Tolle volumen libri, ut scribas in eo omnia verba, quæ locutus sum tibi; & fere idem *ibid.* num. 28. Esther*

*cap. 2. num. 23. Ibi. Mandatumque est historiis, & omnibus traditur coram Rege; Et cap. 7. num. 1. Ibi. Quisique sibi afferat historias, & annales priorum temporum, quæ cum illo presente ligerentur. Et cap. 9. num. 32. Ibi præceptum fuit Judæis, ut multa à Mardocheo, & Esther constituta observarent, & omnia, quæ in libri hujus, qui vocatur Esther, historia continentur. Et cap. 16. n. 7. Ibi. Quæ res & ex veteribus probatur historiis. Estre *lib. 1. cap. 4. num. 15. Ibi. Minimus & nunciavimus Regi, ut recenseat in libris historiarum patrum tuorum, & invenies scriptum in commentariis, & scies, quoniam urbs illa urbs rebellis est, & nocens regibus, & provinciis, & bello concitavit in ea ex diebus antiquis &c.* Sic etiam Regum Judæorum gesta solebant in chronicis describi, aliæque res memorabiles, ut ad posterorum eruditionem, & utilitatem deservirent, ut patet l. 3. Reg. c. 14. & 19. lib. 4. Reg. c. 8. e. 10. c. 21. c. 33. & Paralipom. *lib. 2. c. 2. & c. 35. & sæpe alibi. Unde l. 2. Machab. c. 2. num. 25. & 26. habetur: Considerantes enim multitudine librorum, & difficultatem volentibus aggredi narrations historiæ propriæ multitudinem rerum, curavimus volentibus quidem legere, ut esset animi oblectatio, studiosis vero ut facilius potius memoria commendare, omnibus autem legitimum utilitas conferatur. Ex Jure canonico habetur in cap. De quibus 3. dist. 20. cap. Quamvis 3. dist. 21. e. Valentianus 3. ibi: Ut referi historia ecclesiastica; dist. 63. &c. Adrianus 22. eadem dist. 63. de prompta ex historia ecclesiastica, cap. Cum venisset 1. in fine, de Sacra Unctione, ibi: Tum propter historiam, cap. Foras 10. de verborum significat. ibi: De qua Virgil. cap. Cum Apostolica Sedes 7. de his que sunt à Prælati, cap. Cum causam 15. De probat. ubi probatio divisionis admittitur per libros antiquos; cap. Ad audientiam 13. de præc. ubi fides adhibetur antiquis libris censualibus. Ex Jure civili in l. Breviter 1. ff. de Officio præfati Prætoris, ibi: A quibusdam Scriptores traditum est; l. Necessarium 2. ff. de quingente juris; l. Ordigo 1. de Officio Quæstoris, l. Censur 10. ff. de probationibus, l. Antiqui 3. ff. Si pars hereditatis petatur; l. Si pater 36. ff. de solutionibus. l. Corpora 1. ff. de cadaveribus punitor. cum similibus. Et Rota recent. *part. 8. decis. 76. num. 11. & seq. part. 10. decis. 229. num. 5. part. 14. decis. 424. num. 5. part. 18. tom. 1. decis. 34. num. 18. dec. 193. n. 3. & dec. 379. num. 19. ac sæpius in aliis.***

An autem historicis sit etiam præstantia fides, & ad vim probationis, vel adminiculi admittendi sint in causis beatificationis, & Canonizationis? Omnino videndus est undequaque olim Eminentissimus Card. de Lambertinis, postea jureritio Summus Pontifex sub nomine Benedic. XIV. qui tom. 3. c. 8. sui *vere Aurei Operis de beatificatione Servorum Dei, & canonizatione Sanctorum*, egregie suo more totam rem tractat; & quoad hoc Historicos in quatuor gradus distinguit, & quoad omnes clarissime, ac solidissime ostendit quinam ex ipsis ad vim probationis, vel adminiculi admittendi sint in supradictis causis.

Primus igitur gradus, inquit, est historicorum, qui literis tradiderunt ea quibus interfuerunt, vel quæ geri viderunt; & si probi fuerint, ac prudentes, & ideo fide digni, primum fidei, & auctoritatis, ac probationis pondus constituent: sic ipse in *cit. cap. 8. num. 8. & 9.*

Secundus gradus est eorum, qui non viderunt ea, quæ 18 narrat, sed acceperunt ab iis qui viderunt; & hi quoque si probi sint, & prudentes, adeoque fide digni, primum fidei, & auctoritatis, ac probationis gradum constituent. Idem *ibidem* num. 8. & 9. sed major est auctoritas primorum, quam secundorum, *ibidem* num. 10.

Tertius gradus est eorum, qui referunt ea, quæ non 19 viderunt, nec audiverunt ab iis, qui viderunt, sed ab iis, quibus, qui viderant, naraverunt. Et hi fidem merentur, si sint viri probi, ac prudentes: sed minor est eorum auctoritas, quam aliorum prædictorum. Idem *ib. n. 10.*

Quartus gradus est eorum, qui scripserunt ea, quæ 20 legerunt in aliis historicis; Et horum auctoritas erit solum tanta, quanta erit illorum, à quibus sua scripta desumpserunt. Idem *ibidem* num. 19.

Hinc recte concludit, quod in causis precedentibus 21 per viam cultus excepti, ubi passim probationes subsi-